Ad quem iofaphat. Amplius pater michi appares. **Et** ille. **S**i a natiuitate mea omnes annos meos queris discere bene eos existimasti. **S**ed nullo modo a me in mensura vite computant. quod quod in vanitate mundi expens sunt. **T**unc enim in interiori homine mortuus eram et annos mortis nunquam vite nominabo. **C**um igitur iofaphat eum in desertum sequi vellet dixit barlaam. **S**i hoc feceris et tuo consortio carebo. et persecutionis fratribus meis auctor existam. **S**ed cum oportunum tempus videris ad me venies. **B**arlaam igitur filium regis baptizans. et in fide optime instruens eum osculatus est et ad locum suum reuersus est. **P**ostquam autem rex filium christianum factum audiuit in dolore nimio positus est. **Q**uem quidam amicus suus nomine arachis consolatus ait. **C**ognosco rex senem quendam heremitam qui de nostra secta est qui pro omnia barlaam similis est. **H**ic igitur bar. se similians primo christianorum fidem defendit. **D**emum se superari permittit. et omnia que docuerat. et sic filius regis ad nos rediit. **A**ssumpto igitur predicto principe magno exercitu ad querendum barlaam iuit et heremitam illum capiens se barcepisse dixit quod filius regis audiens captum se magistram amare stetit. **S**ed post modum per dei reuelationem hunc esse non cognouit. **I**ngressus igitur pater ad filium ait. **F**ili mi in tristitia magna me persequisti et meam caritatem in honorasti et lumen oculorum meorum abstulisti. **Q**uare fili hoc fecisti et deorum meorum cultum reliquisti. **C**ui ille. **T**enebras pater fugi ad lumen cucurri et errorem deserui et veritatem agnoui. **N**oli autem frustra laborare quoniam nunquam a christo me possessis reuocare. **S**icut enim tibi impossibile est altitudinem celi manu tangere aut ma-

ximum siccare pelagus sic et istud esse cognosce. **T**unc rex ait. **E**t quis horum michi auctor est malorum qui tam magnifica tibi feci que nunquam aliquis patrum fecit filio. **Q**uapropter prauiditas voluntatis tue et contumacia effrenata aduersus caput meum te insaniere fecit. **M**erito astrologi in natiuitate tua dixerunt te arrogansem. et parentibus inobedientem futurum. **N**unc vero si nisi acquiescis a mea discedes filiatione et pro patre inimicus effectus. illa tibi faciam que nec hostibus adhuc feci. **C**ui iofaphat cur rex tristis quia bonorum princeps effectus sum. **Q**uis unquam pater in filij sui prosperitate tristis apparuit. **N**on ergo iam patrem vocabo te. **S**ed si michi aduersaberis sicut a serpente fugiam a te. **R**ex igitur ab eo cum ira discedens. arachi amico notam fecit filij duriciam. **Q**ui sibi consuluit. ut non asperis verbis cum eo vteretur. quia blandis et lenibus propter melius traheretur. **S**equente igitur die rex ad filium venit et circumplectens osculabatur eum dicens. **F**ili dulcissime honora caritatem patris tui. **V**erere fili patrem tuum. **A**n nescis quale bonum est patri obedire et eum letificare. sicut contra malum est ipsos exacerbare. **Q**uot quod enim fecerunt male perierunt. **C**ui iofaphat tempus amandi et tempus odiendi tempus pacis tempus et belli. **N**ullo enim modo auertentibus nos a deo obedire debemus siue sit mater siue sit pater. **V**idens igitur pater eius constantiam ait. **E**x quo video tuam pertinaciam. **N**ec michi obedire vis. **S**altem veni et ambo propter veritatem credamus. **B**arlaam enim qui te seduxit a me unctus tenetur. **R**ostri igitur et vestri cum barlaam conueniant et preconem mittam ut omnes galilei sine timore remaneant et disputatione incepta si vester

barlaam obtinere vobis cedem. Si autem noster nobis consencietis. **R**ed cum regis filio placuisset et illi cum simulatu barlaam ordinasset quomodo prius debebat simulare se fidem christianorum defendere et postea se permittere superari. Omnes insuper conuenerunt. **C**onuersus igitur iosaphat ad nachor dixit. Postquam o barlaam qualiter me docuisti. **S**i igitur fidem quam me docuisti defenderis in doctrina tua usque in finem vite permanebis. **S**i autem superatus fueris statim in te meam contumeliam uideabo et cor tuum et linguam manibus extrahens dabo canibus ne alij amplius presumant filios regum in errorem mittere. **H**is auditis nachor tristis et pauidus vehementer factus est. **V**idens seipsum in foueam quam fecit decidisse et laqueo suo comprehensum esse. **A**d aduersum igitur cognouit melius esse filio regis adherere ut periculum mortis euadere posset. **R**ex autem sibi palam dixerat ut fidem suam sine timore defenderet. **U**nus ergo rethorum surgens dixit. Tu es barlaam qui filium regis seduxisti. **E**t ille. Ego sum barlaam qui filium regis in errorem non misi sed ab errore liberaui. **E**t rethor. Cum eximij et mirabiles viri deos nostros adorauerunt quomodo tu aduersus eos audeas insurgere. **E**t ille respondens ait. **C**aldei greci et egyptij errantes creaturas deos esse dixerunt. **N**am caldei elementa deos esse arbitrati sunt. cum creata sint ad utilitatem hominum ut eorum dominacioni subiacerent et multis passionibus corrumpantur. **G**reci quod nephandos homines deos putant sicut saturnum quem aiunt filios comedisse et virilia sibi abdidisse et in mare proiecisse et uenerem inde natam fuisse. **A** filio suo quod ioue alligatum in tartarum proiecitur esse. **J**upiter quod rex aliorum deorum esse describitur quem tamen in animalia trans-

formatum sepe dicitur ut adulteria committeret. **V**enerem quod deam adulteram dicitur. **N**am aliquando habuit virum marcem alio quando adomidem. **E**gyptij autem animalia coluerunt scilicet ouem vitulum porcum et huiusmodi. **C**ristiam autem filium altissimi colunt qui de celo descendit et carnem assumpsit. **C**epit igitur nachor fidem christianorum euadere et rationibus conuincere. ita quod rethores illi muti effecti nichil omnino respondere sciuerunt. **I**osaphat igitur vehementer exultabat eo quod dominus pro inimicum veritatis veritatem defendisset. **R**ex autem furore nimio repletus est. **I**ussit igitur consilium dissolui quasi de his sequenti die de nocte tractatum. **D**ixit quoque iosaphat. **A**ut magistrum meum permitte mecum hac nocte manere. ut similes de responsionibus fiendis crastino conferamus et tu tuos tecum assumes et cum eis conferas. **A**ut tuis mecum permittis acipe meum. **A**lioquin non iustitiam sed uolentiam exercabis. **Q**uia propter nachor sibi concessit spem adhuc habens quod cum seduceret. **C**um igitur filius regis cum nachor domum redisset dixit iosaphat. **R**eputes me ignorare quis sis. **S**ed te non esse barlaam sed nachor astrologum. **I**ncipiens quoque iosaphat uiam salutis eius predicauit et ad fidem conuertens mane ad heremum misit ubi baptismum suscipiens heremiticam vitam duxit. **M**agus autem quidam nomine theodas hec que gerebantur audiens ad regem uenit et quod filium suum ad leges patrias redire faceret permisit. **C**ui rex. **S**i hoc feceris statuam auream tibi erigam et ipsi sicut diis sacrificium offeram. **E**t ille a filio tuo cunctos remoue et mulieres decoras et ornatas introduce. ut semper cum eo sint et ministrarent conuersent et morem cum eo. **E**go autem unum de spiritibus meis

ad eum dirigam qui eum ad libidinem inflammabit. Nichil enim uiuens sic potest seducere sicut facies mulierum. Rex enim quidam cum filium vix habuisset. Dixerunt peritissimi media quod si infra decem annos solem vel lumen viderit lumine oculorum priuabitur. Rex igitur in quadam spelunca exarsa filium ibi usque ad annos decem manere fecit. Quibus finis iussit rex. ut omnium rerum genera ante eum adducerentur ut omnium nomina et notitiam posset habere. Adductis igitur ante eum. auro et argento lapidibus preciosis. Vestibus splendidis equis regalibus. et omnium rerum generibus cum de vniuersiusque rei nomine interrogaret ministri omnium sibi nomina indicabant. Cum autem nomen mulierum discere anxie quereretur spatarius regis ludendo dixit demones eas esse que homines seducunt. Rege autem interrogante filium quid de omnibus que viderat plus amaret. Quid inquit patet aliud nisi demones illos qui seducunt homines. In nullo enim sicut in hijs sic exarsit anima mea. Non igitur aliter potest te filium tuum superare nisi hoc modo. Rex igitur omnibus ministris electis puellas decoras ei sociauit que cum semper ad libidinem puocabant nec habebat alium ad quem respiceret aut cum quo loqueretur vel cum quo vsceretur. Malignus vero spiritus a mago missus in iuuenem irruit et magnum intus caminum ignis accendit. Malignus igitur spiritus intus inflammabat puellam autem exterius dirum exartabant ardore. Qui se tam fortiter vixi sentiens turbabat et deo se totum recomendans diuinam consolationem recepit et omnis temptatio abcessit. Deinde quandam puellam pulcherrimam regis filiam sed patre or-

batam ad eum misit. Cui est vir dei predicaret illa respondit. Si me ab ydolorum cultura saluare desideras coniungere michi nuptiarum copula. Nam et christiani coniugia non abhorrent sed laudant quia patrias esse eorum et prophete et petrus eorum apostolus coniuges habuerunt. Ad quem ille. Inamiter mulier ista michi prosequeris permittitur quidem christianis uxores ducere. sed non hijs qui promiserunt christo virginitatem seruare. Et illa. Sit ita ut vis. Si animam meam saluare desideras vnam minimam petitionem michi proferre. Concubine mecum sum hac nocte et permitto tibi quod summo dileculo efficiat christiana. Nam si ut dicitis gaudium est angelis in celo super vno peccatore penitentiam agente auctori conversionis nonne magna merces debetur. Semel tantum michi acquiesce et sic me ipsam saluabis. Illa igitur turpem anime illius fortiter concutere cepit. Quod demum videns socijs suis ait. Videtis quod puella ista concussit que nos non potuimus concutere. Venite ergo et in eum fortiter irruamus ex quo congruum tempus inuenimus. Cernens igitur sanctus iuuenis se tam fortiter captiuatum quod et concupiscentia inatabat et salus vni puelle dyabolo suggerente ipsum commouebat lacrimis infusus orationi se dedit in qua oratione obdormiens vidit se duam in quoddam pratum decoris floribus exornatum ubi folia arborum dulcem sonum reddebant aura quadam grata agitata et odor mirificus emanabat ubi fructus visu speciosissimi et gustu desiderabiles ubi sedes posita erat auro et gemmis fabricate. lecti iaculi cum preciosissimis ornamentis. aque limpidissime preterfluentes. De hinc in ciuitate ipsum introduxerunt cuius muri ex auro et obizo-

erant que claritate mirabili refulgebat
ubi etherij quidam exeratus cantantes
canticum quod auris mortaliū nō audit
uit **D**ictūq; est ei **I**ste est locus beatorū.
Cū autē viri vellent eum reducere rōga
bat vt eum ibi manere pmitterēt **Q**ui
dixerūt cum labore multo adhuc venes-
huc si enī tibi vim īferre poteris **D**emide
ad loca teterzima ipsum duxerunt om-
ni feditate plena dictūq; est **I**ste ē lo-
cus miustozum **C**ū autē euigilasset pul-
chritudo illius puelle et ceteraz stercore
fettidiorē ei videbat. **V**erum cū maligni
spiritus ad theodā redissent et ipse eos
exprobaret dixerunt prius quā signo cru-
cis signaretur sup ipm irruentes fortitē
ipm turbauim? **V**t autē seipm signo
crucis munuit. **R**os persecutus est cum
ira **T**unc theodas cum rege ad eum in-
trauit sperans quod ei persuadere posset **S**ed
predictus magus captus est ab eo que
capere voluit et ab eo conuersus bap-
tisma suscepit et laudabilem vitam duxit
Rex igitur desperans diuisit ei de consi-
lio amicorū mediu regni sui **I**lle autem
licet desertū tota mente desideraret tamen
propter fidelē dilatacōnē ad tempus ipsum
regnum suscepit ac in suis ciuitatibus
templa et cruces erexit et omnes ad cris-
tum conuertit **P**ater autē tandem filij ra-
tiombus et predicatiombus assensum p-
bens fidem cristi recepit et bap-
tismū suscipiens et totū regnum filio suo dimis-
tens ipse penitentię opib; vacabat **E**t p-
b; laudabiliter vitam finiuit **J**osaphat
autē barachiam regē pnuāans plures
fugere **S**ed sp; a ipso captus vix tādē ualuit
Cū ergo p desertū pgeret cū dā paup-
regalem habitum addit et ipse ī pauperā
ma veste remansit **D**yaabolus autē mltas
ei insidias parabat **A**liqñ gladio eua-
ngelato in eū irruerat et eum peruenire

minabatur nisi desisteret. **A**liqñ in for-
ma ferarū sibi apparebat fremens et dis-
rum mugitū emittens **I**lle autē dicebat
Dominus michi adiutor est nō timebo quod
faciat michi homo **D**uobus igitur ani-
mis in heremo **J**osaphat vagabundus
mansit. **N**ec barlaam inuenire potuit.
Tandem speluncā inuenit et ante hostiū
stans dicebat. bñdic pater bñdic **C**uius
vocē barlaam audiēs exiijt et osculan-
tes feruētissime se se alterutrū amplexib;
constrangebant nec faciarī poterant **R**etu-
lit autē **J**osaphat barlaam omnia que
acciderant et ille īmensas graas egit deo
Mansit autē ibidē multis annis in ab-
stinētia mirabili virtute **T**andem con-
pletis diebus barlaam in pace quieuit
Circa annos domini ccc. lxxx. **J**osaph.
igitur in anno xxv regnū deserens trigē-
ta quinq; annis heremiticū laborem sibi
et sic multis clarus virtutibus in pace
quieuit et cū corpore barlaam positus
fuit **Q**uod audiens rex barachias illuc cū
multo exercitu venit et corpora reueren-
ter assumens in ciuitatem suā transtulit
Ad quorū tumultum miracula multa fi-
unt

De sancto pelagio

Pelagius papa multe sanctita-
tis fuit ac in pontificatu lauda-
biliter se gerens tandem plen-
tibus operibus in pace quieuit **N**on fu-
it autem iste pelagius predecessor sancti
g. sed alius ante ipsum. **H**uc enī pel-
agio successit iohannes tricus. iohanni
successit benedictus **B**enedictus pelagius
pelagio g. **T**empore igitur primi pe-
lagij longobardi in ytaliam uenerunt
et quia multi huius hystoriam ignorar-
e pbant ideo eam hic inserendam dece-
ui put in hystoria longobardorū quam
paulus longobardorū hystoriograh; opila-
uit et ī diuersis cōmās explanata hēuit

Gen^s etiam quedam erat germanica plurimum populosa que de littozibus oceanum per septentrionali egressa cum de insula Scandinavia per bellorum multa cerraia diuersarumq; rerum arcibus tandem panoni- am deuens ultra non audent procedere sedem sibi in ea perpetue habitacionis instituit. **H**ij primo muernuli postea longobardi sunt appellati. **D**um autem adhuc in germania resideret agilmud rex longobardorum septem pueros in piscina a meretricem ad necandum pietos inuenit quos uno paruo dicta meretrix ediderat quod dum rex casu reptos cum hasta ammittans reuolueret. **U**nus eorum hastam regis manu tenuit. quem rex videns et stupens nutriti fecit et lamissionem vocauit magnum eum futurum esse prenuncians. **Q**ui tante probitatis extitit quod mortuo rege eum longobardi regem fecerunt. **P**er idem fere tempus scilicet anno ab incarnatione domini cccc. lxxx. dum quidam episcopus arzianus ut ait eutropius quendam nomine barbam baptizare volens diceret. **B**aptizo te barba in nomine patris per filium in spiritu sancto filium et spiritum sanctum minore patre. **P**er hoc ostendere volens. subito aqua disparuit et baptizandus ad ecclesiam fugit. **P**er idem fere tempus floruit sanctus medardus frater vterini et gilbardus uno die nati uno die episcopi consecrati uno die mortui uno die a christo assumpti. **A**n- te vero hoc tempus in quadam cronica dicitur circa annum domini. cccc. idum ita gallias arziana heresis pullularet vniuersa specie trium personarum euidenti miraculo demonstratur ut ait sigilbertus. **D**um enim in urbe vasascensi missam episcopus celebraret vidit tres guttas clarissimas equales magnitudinis super altare emissas. que simul defluentes

in unum contuente gemina pulcherrima effecerunt quam cum in medio cuiusdam crucis auree posuissent. **A**lie gemine que ibi erant de ipsa parte ceciderunt. **A**ddidit quod quod impijs obscura et mundis clara videbatur et quod infirmis dabat sanitatem et adorantibus crucem augebat deuotionem. **P**ost hoc autem longobardis hijs quidam rex preerat nomine albuinus. **V**ir quidam fortis et strenuus qui cum rege gebidamiorum prelium gerens eius exercitum contriuit et regem interfecit. **Q**uia propter filius predicti regis occisi qui sibi in regnum successerat in vlcem patris sui contra albuinum manu armata fortiter processit. contra quem albuinus exercitum suum mouit et ipsum superans interfecit. **F**iliamque suam nomine rosimundam captiuam ducens in uxorem accepit. **S**ed de capite ipsius regis sibi cupiam parauit quam argento circumcludens inde bibebat. **I**n illis autem diebus Iustinus minor imperium gubernabat. qui quendam principem habebat qui dicebatur narses virum quendam nobilem et strenuum qui contra gothos qui totam ytaliam inuasent procedens ipsos superauit et regem gothorum occidit. et vniuersam ytaliam pacatam reddidit. **Q**ui per magnis beneficijs magna inuidiam protulit a romans. **Q**uia propter apud imperatorem fero accusatus a prefato imperatore depositus est. uxoremque imperatoris nomine sapbia hanc contumeliam sibi misit quod eum cum ancillis suis faceret filare et lanarum pensa diuidere. **A**d hec verba narses respondit. **E**t ego tale telum tibi ordini procurabo. quam donec videris deponere non valebis. **R**eapoli igitur narses secedens longobardis mandauit. ut pauperima panome cura desererent et ad ytalie fertile solum possidendum confluerent. **Q**ui albuinus audies panomia

desertus . et anno ab incarnatione do-
mini quingentesimo sexagesimo octa-
uo cum longobardis ytaliam intravit .
Erat autem consuetudo eis longas bar-
bas portare . Unde cum quadam vice
ut aiunt exploratores ad eos venire de-
berent precepit alwinus . ut omnes
mulieres solutos crines circa mentum
circumducerent ut barbati homines ab
exploratoribus crederentur . Et inde lon-
gobardi a longis barbis postmodum
sunt vocati . Garda enim in eorum li-
gua barbam sonabat . Alij dicunt quod
cum vinnuli cum vandalis pugna-
turi essent . Et ad quendam qui habebat
spiritum prophete accessissent . ut pro
eorum victoria exoraret . et eis benedi-
ceret de consilio uxoris iuxta fenestram
in qua mane ad orientem orabat se po-
suerunt . et mulieres circa mentum capil-
los circumducere de eiusdem consilio pre-
ceperunt . Cum ergo ille fenestram aperi-
ens eos vidisset exclamavit . Qui sunt
isti longobardi et uxor sua adiunxit ut
quibus nomen dederat victoriam con-
donaret . Ingressi igitur ytaliam omnes
pene ciuitates ceperunt . cunctis habita-
toribus interfectis . Papiam autem tri-
bus annis obsessam tandem ceperunt .
Rex autem alwinus irauerat se om-
nes christianos occisurum . Unde cum
papiam intrare deberet equus eius ante
portam ciuitatis genua figens . quantum
cumque calcaribus urgeretur surgere non
valebat quousque ad mortificationem cuius-
dam cristiani rex iuramentum mutauit .
Mediolanum ergo longobardi ingressi
totam pene ytaliam intra breue spacia
um temporis subiugarunt preter romam
et romamiam . Que romamiam est
vocata quia altera roma . ex eo scilicet
quodrome semper adhesisset . Cum igitur

rex alwinus verone esset et quoddam
magnum conuiuium preparasset . et as-
pexum suum quem de capite regis fecer-
at afferri faciens cum eo bibit et uxorem
suam nomine rosimumdam de eo
bibere fecit dicens . Bibe cum patre tuo
Quod cum rosimumda didicisset . Odi-
um magnum contra regem concepit .
Erat autem regi dux quidam qui quen-
dam domicellam regine carnaliter cog-
noscebat . At regina absente rege qua-
dam nocte ancille sue cubiculum in-
trans . Predicto dux ex persona ipsius
ancille mandauit . ut ad se illa nocte
deberet accedere . Qui cum venisset res-
gina predicto dux vice ancille se super-
posuit . Et postmodum dixit ei . Sas qui
sum . Cui cum se esse talem amicum suam
diceret . Illa ait . Requiesce . Sed sum
rosimumda . Certe talem rem perpetrasti
hodie . quod aut alwinum occides . aut al-
bini gladio interibis . Volo igitur ut
de ipso viro meo qui patrem meum
occidit . Et de eius capite cupam sibi faci-
ens me in ea bibere fecit . me debeat vin-
dicare . Cui ille non acquiescens alium
se inuenire promisit . qui hoc negotium
perpetraret . Unde illa arma subtrahens
spatam illius que erat ad lectuli caput
ne tolli aut euginari posset fortiter colli-
gauit . Dum ergo rex in stratu dormi-
ret homicida eius cubiculum intrare
conatus . Quod rex sendens de stratu exiit
et spatam eripiens . Sed extrahere non
valens cum scabello se viriliter defendere
cepit . Sed ille cum optime esset arma-
tus in regem inualuit et occidit . Ac-
cipiens igitur vniuersos thesauros palacii
cum rosimumda raennam ut dicitur aufugit .
Sed cum rosimumda quedam iuuenem pulcherrimum presertim . raenne vidisset ipsum in virum
hunc desiderans venenum viro in calice ponit

Cuius amaritudinem ille presens ius-
bet vproxi vt residuum bibat. Qd cum
recusaret ille euagmato gladio eam bi-
bere coegit et sic ambo ibidem perierunt.
Tandem rex quidam longobardoz no-
mine adalaoth baptizatus est et fide cris-
sti suscepit. Sed theudelmia longobar-
dozum regina cristianissima et deuota a-
put modocum pulcherimum oratoris-
um constituit. Ad quam reginam gg-
liberos dyalogozum transmisit que vir-
rum suum nomine agisulphum primo-
duam thaurimensis. Sed postmodum
longobardozum regem ad fidem conuer-
tit et cum romano imperio et ecclesia eu-
pacem habere fecit. Sicq; in festo sancto-
rum geruasij protasij facta est pax inter
romanos et longobardos. et ideo gre-
in eodem festo cantari instituit in officio
misse. Loquetur dominus pacem etc. In
natiuitate sancti iohannis baptiste pre-
dicatozum pax et conuersio amplius con-
firmata fuit. Theudelmia vero in beatum
iohannem specialem deuotione habebat.
Cuius meritis gentis sue conuersionem
ascribens predictum oratoriu apud ma-
docum fabricauit. Eiusq; gentis iobem
patronum et defensozem esse cuidam vis-
ro sancto reuelatum fuit. Mortuo gg-
succesit ei sabimus et sabino bonifacio .iij.
et bonifacio tercio. bonifacio quartus. ad
cuius preces focas imperator donauit eccle-
sie cristi pantheon. circa annos domini
cx. Et ad preces tercij bonifacij prius sta-
tuit sedem romanam esse caput omnium
ecclesiarum. Nam ecclesia constantinos-
polis se primam omnium ecclesiarum scri-
bebat. Huius bonifacij tempore mortuo
focas et regnante eraclio circa annum do-
mini. cx. magumet pseudo ppha et mag-
agarenos siue ismahelitas id est sarace-
nos hoc mo decepti sicut legitur in qua-

dam hyistoria ipsi et in quadam cronis-
ca. Clericus quida valde famosus cu in
romana curia honore que cupiebat asse-
qui non potuisset indignat ad pres vl-
tra marinas cofugiens sua simulacone i-
numerabiles ad se attraxit. Inueniensq;
magumeth dixit ei. qd ipse illi populo
pficere vellet. Nutriens coluba grana et
alta hmoi in auribus magu ponebat. co-
lumba aut sup eius humeros stas de au-
ribus eius abu sibi sumebat. Sicq; iam
adeo assuefacta erat qd quicunq; magumeth
videbat pttin sup humeros philes ros-
stru in eius aure ponebat. Predic t9 igit
vir populu duocans dixit se illu sibi vel-
le pficere que spirit9 sanct9 in specie col-
lumbe mostaret. Statimq; coluba secre-
te emisit et illa sup humeros magumet
q cu alijs astabat euolas rostru in eius
aure apposuit. Qd ppus videns spiritu
sanctu esse credidit q sup eu descenderet.
ac in eius aure verba dei miseret. et sic ma-
gumeth saracenos decepit. q sibi adhere-
tes regnu phidis ac orietalis imperij sine
vsq; ad alexandria iuasent hoc qd
vulgarit dicit. Sz verus est qd inferus habe-
tur. Magumeth igit pprias leges ofinis
gens ipsas a spu sancto q i specie colube
que sepe vidente pplo sup eum volabat
se recepisse mētebat i qb qda d vtroq;
testamento inseruit. Na cu in pma etate
meramoma exerceret et apud egyptu et
palestina cu camelis pgeret cu cristia-
nis et iudeis sepe ouersabat a quib; tam
nouum qd vetus didiat testamentum.
Dn sm ritum iudeozum arcumaduntur
saraceni carnes porcas non comedunt.
Cuius rationem cum vellet magumeth
assignare dixit qd ex simo cameli porc9
post diluuu fuerit pcreat9. Et io taq;
immundus a mundo populo est vitans
dus cu cristianis aut ouemut. qd credut

Unū solum deum omnipotentē omnium
creatorem. **A**fferunt etiā pseudo prophetā
vera quedam falsis imiscens q̄ moyses
fuit magnus prophetā **S**ed cristus maior
et sumus prophetarū natus ex uaria vir-
gine virtute dei absq̄ semine hominis
Ait q̄ in suo alcorano q̄ cristus dum
adhuc puer esset de limo terre volucres
pcreauit **S**ed venenum immiscuit. qz
cristum non vere passum nec vere resur-
rexisse dixit **S**ed alium quendam ho-
minem sibi simile huiusmodi egisse vel pas-
sum esse docuit. **Q**uedam autē matrona
nomine **C**adigā que preerat cuidam p
uinde nomine corocania vidēs homines
iudeorum et saracenoꝝ contubernio val-
lari estimabat in illo maiestatem diui-
nam latere. et cum esset vidua ipsam in
maritum accepit et sic magumeth totus
illius puinde obtinuit principatum **I**l-
le autē suis prestigijs non solum predi-
ctam dominam sed etiam iudeos et sarace-
nos demū adeo dementauit vt se messi-
am in lege promissum publice fatretur
Post hoc vero magumeth cepit frequen-
ter cadere in epileptica passione. **Q**uod
Cadigan cernens plurimū tristabatur
eo q̄ in purissimo homini et epileptico
nupsisset **Q**uā ille placare desiderans tali-
bus eam sermombus demulcebat dicens
Gabrielem archangelum frequenter me-
cum loquentem contemploꝝ. et non ferēs
splendorem vultus eius in me deficio. et
tabesco **Q**uod sic esse mulier et ceteri credi-
derunt **A**libi tamē legitur q̄ fuit quis-
dam monachus qui magumethū instru-
xit nomine sergius qui in erozē nesto-
rij inuadens dū a monachis fuisset expul-
sus in arabiam venit et magumetho ad-
hesit. **L**icet alibi legat q̄ fuit archidia-
conus in partibus antiochie degens.
et fuit vt asserunt iacobita qui circums-

ationem predicant cristumq̄ non dum
sed hominem tantum iustum et sanctū
de spiritu sancto conceptum et de virgi-
ne natum affirmant **Q**ue omnia sarace-
ni affirmant et credunt. **P**redictus igitē
sergius magumethum de nouo et veteri te-
stamento vt tradunt plura edocuit. **M**a-
gumethus enim viroq̄ parente orbatus
sub patris sui cura puricie annos age-
bat **A**ultoꝝ tempore cum vniuersa gē-
te sua arabum ydoloꝝ cultui deseruiuit
quēadmodū in alcorano suo testatur deū
sibi dixisse **O**rphanus fuisti et suscepti te
in errore ydolatrie diu mansisti. et inde
eduxi te **P**aup̄ eras et ego locupletau.
Vniuersa enim gens arabū cum magume-
tho venerem p̄ dea colebat. et inde est q̄
adhuc sexta feria apud saracenos in ma-
gna veneratione habetur sicut apud iude-
os sabbatū. et apud cristianos dies do-
minica colitur **M**agumethus igitur predi-
cte **C**adigā locupletat⁹ diuicijs in tantā
p̄rupit mentis audaciam. vt regnū ara-
bum sibi vsurpare cogitaret **S**ed cum
videret se p̄ violētā hoc assequi nō valere
maxie cū attributis suis q̄ eo maiores fu-
erāt despiceret prophetas se fingere voluit et
quos nō poterat subigere p̄ potentā sal-
tē p̄ sanctitatem attraheret simulatā **P**re-
dictusq̄ sergij viri valde prudētis consilij
adherebat **I**psū enim abscondite manere
faciebat et ab eo oīa req̄rebat et p̄p̄o re-
ferrebat ac gabriele archangelū noīabat
et sic magumethus tot⁹ illi⁹ prophetam se si-
mulatō obtinuit principatū om̄sq̄ sibi
sp̄ote vel timore gladij crediderūt et istud
verus est q̄ illud qd̄ dictum est de col-
lumba et sic tenendū **P**redictus igitē ser-
gius cū monach⁹ esset voluit vt sarace-
ni monachali bitū vterēt scilicet cuculla
sine caputo vt in monachoz multas
et ordinas genuflexiones facerent.

et ordinare valde orarent et quod iudei versus
occidentem et christiani versus orientem orabant vo-
lunt ut sui versus meridiem orarent. Que
omnia adhuc saraceni observant. Multas
autem leges machometus promulgavit quas
predictus sergius eum docuit. quarum
multas de moysaica lege accepit. Sepe
namque saraceni se lavant et maxime cum
orare debent. Verenda sua manus bra-
chia faciem et os et omnia membra corporis ab-
luunt ut mundius orare possint. Oran-
tes autem unum confitentur deum qui nul-
lum equalem vel similem habeat. Et de quo
machometum prophetam. In anno quo inte-
grum mensem ieiunant. Ieiunantes autem
nocturno tempore comedunt. Diurno
vero ieiunant ita ut ab ea hora diei que
nigrum ab albo distinguere possunt vel
usque ad solis occasum comedere vel bibere
aut se uxoris commixtione fedare nemo
audeat. Post solis occubitum usque ad se-
quentis diei crepusculum semper licet et
cibo et potu et propriis uxoribus uti. Infirmi
autem ad hoc non obligantur. Semel
autem per singulos annos causa recognicio-
nis ad domum dei que est mecha ire pre-
cipiuntur et ibi adorare eamque in ostiis
tegumentis circumire et lapides per media
femora per dyabolo lapidando iactare.
Quam domum dicunt adam construxisse
se omnibusque filiis eius et abraham et ysa-
mabeli locum orationis fuisse. Demum
machometum sibi cunctisque gentibus suis
tradidisse affirmant. Omnes carnes preter
porcinas sanguinem et mortuum com-
medere possunt. Quatuor legitimas
uxores simul habere eis licet et quam-
libet usque tertio repudiare. Et rursus re-
cipere ita tamen ut quaternarium nu-
merum non transcendant. Empticias vero
atque captivas que volunt habere licitum
est et eas vendere possunt cum velint nisi

earum aliquam impregnassent. Concedit eis
de propria cognatione habere uxores. ut
sanguinis proles accrescat et fortiter in
eos amicitie vinculum astringatur. Cir-
ca possessiones repetendas observant ut
actor testibus prebet. et reus iuramento
se comprobet innocentem. Cum adultera
deprehensus cum ea pariter lapidatur.
Cum alia autem fornicatus octoginta
verberibus plectitur. Machometus tamen
dixit sibi a domino angelo gabriele nunciate
fuisse concessum quod ad aliorum uxores
accedere posset ut viros virtutis et pro-
phetas generaret. Quidam autem servus
eius cum pulchram uxorem haberet et
sibi ne cum domino suo loqueretur inter-
dixisset. Quadam die ipsam cum eo lo-
quentem inuenit et pertinens eam a se reie-
cit. Quam machometus recipiens inter alias suas
mulieres connumeravit. Timens vero ex
hoc murmur populi cartam de celo sibi
delatam confinxit. in qua continebatur
quod si aliquis uxorem repudiaret eius esset
uxor qui eam suscepisset quod saraceni us-
que hodie per lege observant. Fur prima et
secunda vice verberibus plectitur. Tercia
manus ei preciditur. Quarta pedis trun-
catione punitur. A vino semper abstinere
iubentur. Servantibus hec et alia
mandata promisit deus. ut asserunt pa-
radisum. id est ortum deliciarum aquis
preter fluentibus irrigatum in quo sedes
habebunt perpetuas. nec frigore aut estu
aliquo affligentur. Ombusque abominabilibus
generibus vescentur. Quidquid autem peccaverint co-
ram eis statim inveniunt. Sericis vesti-
mentis omnibus coloribus induentur
et virginibus speciosissimis coniungentur.
In deliciis omnibus accubabunt. Quibus
angeli precernarum more cum vasis aureis et
argenteis decubabunt. In aureis lac-
in argenteis vinum afferentibus et dicentes

comedite et bibite in leticia tria flumina
scilicet lactis mellis et vini optimi aro-
matica eos habere dicit Machumetus in
paradiso. et quod angelos pulcherrimos
sunt visuri et adeo magnos quod ab uno
oculo angeli usque ad alium sit spatium
unius diei Non credentibus vero de
o nec machumeto erit ut asserunt infer-
nalis pena sine fine Quibuscumque autem pec-
catis quilibet obligatus fuerit. si in die
mortis deo et machumeto crediderit. In
die iudicii machumeto interueniente ut
asserunt saluus erit Hunc pseudo prophetam
saracem tenebris inuoluti spiritum pro-
phete super omnes habuisse affirmant et
decem angelos sic facientes et eum custo-
dientes eum habuisse predicant Addunt
etiam quod ante quod deus celum et terram creauit
nomen machumeti in conspectu dei asta-
bat et nisi ipse machumetus futurus fuisset
nec celum nec terra nec paradisos
fuisset Mentuntur etiam de eo quod Inna ad eum
accessit quam ille in sinu recipiens in par-
tes duas diuisit et iterum coniunxit Vene-
num insuper sibi in carne agmina sibi oblatum
fuisse dicunt Agnus ei locutus est dicens
caue ne me sumas quia in me habeo vene-
num Et tamen post plures annos vene-
no sibi dato interiit Sed iam nunc ad
longobardorum hystoriam perueniens
dam stilus se vertat Longobardi igitur
romano imperio plurimum molesti erant.
licet fidem christi receperissent Post hoc autem
pipinus princeps maior regie domus
francozum defunctus est. Cui successit
karolus filius eius qui tutides appellabatur
Qui multas victorias faciens reliquit
duos eiusdem aule regie principes scilicet
karolum magnum et pipinum. Sed karolus
magnus relicta seculi pompa castri-
nensis monachus est effectus. Pipinus
autem aulam regiam strenue guberna-

bat. Sed cum childericus rex esset mis-
utilis et remissus consuluit pipinum Zacha-
riam papam An ille deberet esse rex qui
solo nomine regio erat contentus. Cui
papa respondit illum debere regem vo-
cari qui bene rem publicam gereret. qua
responsione franca animati childericum
in monasterio recluserunt. et pipinum
regem creauerunt circa annos domini
quingentesimo ducentesimo quadrage-
simo. Verum cum aristulphus rex lon-
gobardorum ecclesiam romanam suis
possessoribus et dominio spoliasset Ste-
phanus papa qui Zacharie successerat
ad pipinum regem france contra lon-
gobardos auxilium petiturus accessit
Pipinus autem copiosum exercitum con-
gregans in ytaliam venit. Et aristul-
phum regem obsedit. A quo quadras-
aginta obsides accepit ut ecclesie roma-
ne omnia predia que abstulerat redderet et
ipsam amplius non inquietaret Sed recer-
dente pipino aristulphus totum quod pro-
miserat irritum fecit. Qui tamen post
modicum dum venatum pergeret subis-
to expirauit. et desiderius eidem successit.
Per idem tempus dum Theodricus rex
gothorum iussu imperatoris ytaliam re-
geret et arriana heresi deprauatus esset. et
boetius philosophus consularis patri-
cius cuius gener erat rem publicam illu-
straret et auctorem romam senatus cons-
tra theodricum defenseret Ideo theodricus
boetium papie in exilium traxit ubi librum
de consolacione composuit et tandem cum extin-
xit eius uxor elpes nomine ymnium apulo-
rum petri et pauli que sic incipit felix pro omni sistu
mundi cardines edidisse ferre epitaphium que
suum ipsa ipsi composuit ita dicens elpes de ca-
sa sua sicilie regios alupna que procul a patria
coniugis egit amor. Boetius sacris iam non pe-
gnis queso Iudicis etiam testificata tronum

Theodorici autē subito defunctus a quodam sancto heremita visus est a iohanne papa et symacho quos ipse occidit nudus et discalciatus in ollam vulcam demergi sicut ait greg. in dialogo. In die autem ascensionis cum morti appropinquaret ad altare se portari fatiens amē. Rex glorie virtutum usque ad finem deuote dixit qua fintra in pace dormiunt. tantusque odor omnes perfudit ut in paradiso se existimarent Circa annum domini de. lxxxviij. Dagobertus rex francoꝝ ut in quadam cronica habetur qui longe ante pipinum regnauerat a sui puericia sanctum dyomium in magna veneracione habere cepit. Nam et quando lotharij patris sui iram meruerat ad ecclesiam sancti dyomii confugebat. Cum ergo factus iam rex mortuus fuisset cuiusdam sancto viro in visione monstratum est quod anima eius ad iudicium rapta fuit et multi sancti suorum ecclesiarum expoliacionem obiecerant eidem Cum ergo mali angeli iam ad penas rapere eam vellent affuit beatus dyomius et eius interuentu liberatus est et penam euasit Forte enim eius anima ad corpus rediit et ibi penitentiam egit Clodoueus rex corpus sancti dyomii in manu religiose discoopiens os brachij eius fregit et cupide rapuit. Qui mox in amēca versus est Circa annum domini de. lxxxviij. beda venerabilis presbiter et monachus in anglia claruit qui licet in sanctorum cathologo computetur tamen ab ecclesia non sanctus sed venerabilis appellatur et hoc duplici de causa Prima est. quod cum pre nimia senectute eius oculi caligassent. habebat ut auit quendam ductorem a quo per uillas et castella se duci faciebat et ubique uerbum domini predicabat Quadam uice dum per quandam uallem magno lapidibus ple-

nam transiret eius discipulus drifiorius cum eodem dixit quod ibi esset magnus populus congregatus qui eius predicacionem silenter et auidē expectabant Tunc ille feruenter predicare incipiens cum in fine per omnia secula seculorum concludisset. mox ut auit alta uoce clamauerunt Amē. venerabilis pater Quia igitur venerabilem eum miraculose lapides uocauerunt ideo venerabilis pater appellatur ut alij asserunt et angeli responderunt Bñ uenerabilis pater dixisti Secunda causa est. quod post eius mortem quidam clericus sibi deuotus quem dā uersum edere cupiebat quem in eius tumulo facere sculpi uolebat Ita incipiens hac sunt in fossa uolens uersum taliter terminare bede sancti ossa Sed quod talem finem uersus congruitas non placebat. et sedula mente reuolueret. nec congruum finem uideret. Dum quadam nocte multum super hoc cogitans mane ad tumulum properasset manibus anglicis uersum. taliter sculptum reperit et finitum Hac sunt in fossa bede uenerabilis ossa. Eius corpus cum deuotione congrua colitur. apud ianuam Per idem tempus scilicet circa annum domini de. c. Raxordus rex frisonum cum baptizari deberet et iam unum pedem in lauacro intinxisset alterum retrahens interrogauit Ubinam plures maiorum suorum essent in inferno. an in paradiso Et audiens plures esse in inferno. Intinctum pedem retrahens sanctius est inquit plures quam pauciores seque et ita ludificatus a demone permittente quod tertia die ab hic in comparabilia bona sibi daret ipse quarta die subita et eterna morte periit In Campania ytalie frumentum. et ordeum et legumina mista pluuie de celo cecidisse refert. Per idem tempus scilicet circa annum domini de. c. cum corpus sancti benedicti de monte cassino ad monasterium floriantem

et corpus sancte scolastice sororis eius
apud ceromanas fuisse translatum Karolus
monachus cassinensis corpus sancti be-
nedicti ad castrum cassinum transferre
volebat. Sed miraculis a deo ostensis
et fiantis resistentibus prohibitus fuit.
Eo tempore circa annum domini septua-
gesimum quadagesimum tertium ma-
gnus factus est quo urbes alie sunt si-
uerse. **A**lie a montanis ad subiecta ca-
pessia cum muris et habitatoribus suis
integre et salue ultra sex miliaria trans-
migrarunt ut dicitur corpus sancte petro-
nelle petri apostoli filie transfertur in cu-
lus sepulchro marmoreo ipsi petri manu
scriptum legebatur auree petronelle di-
lectissime filie hic ait sigbertus. Eo tem-
pore cyrij armeniam infestant in quo-
rum patria cum olim pestilencia fuisset
suasiu christianorum in modum crucis su-
a capita rotunderunt et quia per hoc signum
salus reddita est hinc tunc retinuerunt ri-
tum. Pipino tandem post multos trium-
phos defuncto. Karolus magnus eius
filius eidem in regnum successit cuius te-
pore in romana sede adrianus pontifex pre-
sedeat. Qui ad karolum magnum les-
gatos misit postulans ab eo auxilium
contra desiderium regem longobardorum
qui more patris sui arstulphi ecclesiam
plurimum infestabat. Cui karolus obe-
diens magno congregato exercitu per
montem semium ytaliam intrauit. et
papiam civitatem regiam potenter obs-
edit et ibi desiderium capiens cum uxore
filiis et principibus ad gallias in exilium
misit et omnia iura ecclesie que longobar-
di abstulerant sibi restituit. Erant tunc
in exercitu karoli amici et amici stren-
uissimi milites christi quorum miri actus
leguntur qui apud mortaziam ubi lon-
gobardos karolus superavit ceciderunt

et hic terminatum est regnum longobar-
dorum. Nam deinceps illum regem habebat
quem cesares sibi dabant. Proficiscente
karolo roma papa synodum c. liij. epi-
scoporum congregavit. In qua synodo
papa ius eligendi pontificem romanum
et ordinandi apostolicam sedem karolo
dedit archiepiscopos quoque et episcopos per singu-
las provincias ante consecrationem ab ip-
so investituram accipere desinuit. filii
quoque eius roma in reges vnguntur scilicet pi-
pmus super ytaliam ludovicus super acqui-
taniam. **A**lcumus magister karoli tunc
floreat pipinus karoli filius de coniu-
ratione contra patrem dicitur in mona-
chum tonsuratur. **C**irca annum domini d. cc.
lxxx. tempore scilicet hyrene imperatricis. et
filii sui nomine constantin homo qui-
dam in longis muris trade fodiens sic-
cut in quadam cronica legitur. Inuenit ar-
cham lapideam quam cum expurgasset et re-
uelasset virum iacentem ibi reperit et litteras
saliter obtinentes. christus nascetur ex ma-
ria virgine et credo in eum. **S**ub cons-
tantino et hyrene imperatoribus sol iterum
videbis. **D**efuncto adriano leo in ro-
manam sedem sublimatus est vir per omnia re-
uerendus cuius sublimacionis prope adri-
ani egre ferentes cum letanias maiores a-
geret extra eum prope oratorio ei oculos erue-
runt et linguam perdidit. Sed de miraculose
lingua sibi et visu restituit. quod dum ad ka-
stulphum ipse eum in sede sua collocavit et
reos puniuit Romani igitur suaderunt papa
anno domini d. cc. lxxxiiij. relicto imperio con-
stantinopolitano uno omnium consensu imperato-
rias laudes karolo acclamant eumque per ma-
num leonis imperatorem coronant cesarem et au-
gustum appellat. pro constantino ei magnam in-
periali sedem apud constantinopolim habebat pro eo
quod presides constantinopolitano sede vicariis be-
ne reliquit et apud presides urbem sedem sibi ordina-

Verantū ppter dignitatem imperatores
 romani nūcupati sunt . vsq; ad illud
 tempus quo imperium romanum ad re-
 ges francorum translātū est . Postea ve-
 ro illi grecorum siue constantinopolis-
 tam . Isti vero romanorū imperatores uo-
 cati sunt . Hoc autē de tanto imperatore
 valde mirabile fuit . qd nullam filiarum
 suarum q̄diu vixit voluit cōiugio cō-
 pulare . Dicebat enī se earum contuber-
 mio non posse carere . et ut alchun⁹ ei⁹
 magister de eo scribit licet alias felix es-
 set . et hic aduersē fortune malignitatem
 expertus est . satis declarans quid sup h
 dicere vellet qd tamen ita imperator dis-
 simulauit ac si de eo nulla suspicō habe-
 retur q̄uis de hoc multus sermo fieret .
 Unde et quocūq; ibat semp eas secū du-
 cebat . Qui⁹ karoli tempe officium am-
 brosiānum maxime dimissum est . et gre-
 gorianum maxime diuulgatum imperi-
 ali auctoritate ad hoc plurimum adiu-
 uante . Ambrosi⁹ namq; ut testat augu-
 stinus in libro confessionum cum a iusti-
 na imperatrice arriana perfidia deprae-
 uata psecucōem pateretur et intra ecclesi-
 am cum plebe catholica miserijs vigeret
 Instruit ymnos et psal. s̄ moze orient-
 talium decantari . ne populus meroris
 tedio contabesceret qd p omnes fuit p⁹
 modum ecclesias deriuatum . Verum ḡg
 postmodū supuēmens plura mutauit .
 Addidit et detruncauit . Sancti enī pa-
 tres non statim omnia ad decorem offi-
 cij p̄tinentia videre potuerunt . Sed diu-
 si diuersa ordinauerunt . Nam et misse in-
 cepcō tres varietates habuit . olim enī a
 lectione inchoabatur sicut adhuc in sa-
 bato sancto fit . Postmodum celestinus
 papa psal. ad introitum misse cantari i-
 stituit . gre⁹ vero introitum misse cū can-
 tu ordinauit et vnū versū de illo psal.

quū totus cantabatur retinuit . psalmos
 olim circa aram in modum corone arcū
 stantes concorditer conāebant et inde
 chorus dicitur . Sed flauianus et theo-
 dorus qd alternatim cantent instituerūt
 ab ignacio hoc habentes . qui sup hoc di-
 uinitus fuit edoctus . Jeronim⁹ psal. epi-
 stolas euangelia et ex magna pte officia
 a diurna et nocturna p̄ter cantum ordi-
 nauit . Ambro. gelasius et ḡg. oratio-
 nes et cantus addiderunt et cū lectōib⁹
 et cum euangelijs coaptauerunt gradu
 alia tractus et alleluia et ambro. gelasi⁹
 et gre⁹ . Hilarius addidit ad gloria in
 excelsis laudam⁹ te et cetera que secunt
 Rocher⁹ abbas sancti galli sequē . s̄
 p neumis ipsi⁹ alleluia p̄t⁹ opofuit . s̄
 nicolaus papa ad missas eas cantari cō-
 cessit . Armanus contractus theutomic⁹
 fecit . rex omnipotens . Sancti spiritus
 assit nobis gracia et aue maria et anti-
 Alma redemptoris mater et symō bar-
 lona . Petrus vero de conpostella episco-
 pus fecit . Salue regina . Sigbertus tñ
 dicit qd robertus rex francorum fecit se-
 quentiam . Sancti spiritus assit nobis
 gracia et c̄ . Karolus ut refert turpinus
 archiepiscopus erat corpe decorus . sed
 visu ferus . Statura eius pedum octo et
 facies eius palmum et dimidium in lō-
 gitudine possidebat . Barba vero palmū
 frons erat vnius pedis . Militem super
 equum armatum sedentem a uertice sup
 cum equo vno ic̄tu cum spata scinde-
 bat . Quatuor ferraturas equorum simp-
 ficile niamb⁹ extendebat . Milite armatū
 rectū stātem sup manum suam a terza
 vsq; ad caput suū sola manu velocit ele-
 uabat leporem integrum aut duas gal-
 linas vel anserem edebat . Modicū vinū
 et liphatum bibebat tam p̄cus in bibē-
 do erat qd semper i cena raro plus q̄ ter

bibere solebat cenobia multa construxit ac laudabiliter vitam finivit et in fine rerum suarum christum heredem fecit **C**ui in imperium successit Ludouicus eius filius vir clementissimus circa annos domini deccc. xv. Cuius tempe episcopi et clerici angula auro tecta et exquisitas vestes et alia ornamenta secularia deposuerunt Theodolphus aurelianensis episcopus falso apud imperatorem accusatus ab eodem est custodie addegaus mancipatus **C**um autem ut in quadam cronica habetur in die palmarum processio iuxta domum in qua custodiebatur transiret ille apertam fenestram **F**acto quoque silentio pulcherrimos illos versus a se editos. scilicet gloria laus et honor tibi sit rex christe et cetera. presente imperatore cantavit qui intus imperatori placuerunt quod ipsum a vinculis mox absoluit et in sua sede restituit legatus michaelis imperatoris constantinopolitani inter cetera munera detulerunt ludouico filio karoli magni libros dyonisiij de Hierarchia de greco in latinum translatos qui cum gaudio sunt recepti. **XI**. et in firmi in ipsa nocte in ecclesia eius curati **M**ortuo ludouico lotharius imperator tenuit **C**ui fratres eius scilicet karolus et ludouicus bellum indidentes tanta viribus facta est strages ut nulla etas meminerit tantam aliquam fuisse in regno francorum. **T**andem pacato mitto karolus regnat in francia Ludouicus in germania Lotharius in ytaliam et parte francie que ab ipso lotharingia dicta est qui postmodum ludouico eius filio imperium derelinquens habitum monachalem accepit **H**uius tempe ut in alia quadam cronica dicitur erat papa sergius natus romanus qui primo os portus dicitur est **S**ed mutato nomine vocatus est sergius **A**b illo tempe ordinatum est ut omnes pape nomina mutentur tunc quod dominus huius quibus in apostolum elegit nomen mutauit. **T**unc quod sicut mutantur in nomine

Sic mutari debet in uite perfectione. **N**one ille qui ad decorum officium eligitur aliquo nomine in decore turpatur **H**uius ludouici tempore scilicet anno domini deccc. lvi. ut in cronica quadam habetur in parochia magnutina malignus spiritus parietes domorum quasi malleis pulsando et manifeste loquendo. et discordias seminando adeo homines infestabat ut quocumque intrasset statim illa domus exurebatur **P**resbiteris autem letanias agentibus et aquam benedictam spargentibus inimicus lapides iactabat et multos cruciabat **T**andem aliquando conuersus confessus est se quoniam aqua spargebatur sub cappa talis sacerdotis quasi familiaris sui latuisse accusans eum quod cum filia peccatoris peccatum lapsus in fuerit **P**er idem tempus rex bulgarorum cum gente sua ad fidem conuersus tante perfectionis fuit ut in maiore filio in regnum ordinato ipse habitum monachalem accepit. **S**ed cum eius filius iuueniliter agens ad gentilitatis cultum redire vellet resumpta milita a persecutus ipsum cepit effossisque oculis in carcere trussit et in regnum statuto filio iunioris habitum sacrum resumpsit **I**n ytaliam apud brixiam tribus diebus et tribus noctibus sanguis de celo pluisse narratur. **P**er idem tempus locuste innumerabiles in galliis apparuerunt senas habentes alas sex pedes duos dentes lapidibus duriores ut castrorum acies turmatim volantes spacium diurni itineris quatuor aut v. milibus extendentes omnia viridia in herbis et arboribus vastantes. que usque ad mare britanicum puenientes **T**andem flatu ventorum in profundo maris demerse sunt. **S**ed estu oceanum ad litus reiecte ex putredine sua aerem corumpunt **N**on mortalitas maxima et fames pualida est secuta ut fere tercia pars hominum interiret

Demoz primus otto imperavit sez anis
 no dominum .dccc xxxviii. Dum aut in
 pascali solemnitate dictus otto pmi
 apibus conuiuium pperasset antequam
 sederent cuiusdam pmpis filius mox
 re puerili ferculū d mensa accepit quem
 dapifer fuste pstravit. Qd cernens peda
 gogus pueri ipsum dapiferum mox pe
 mit. Quē cum sine audientia cesar con
 demnare vellet ille cesarem ad terram de
 iect et suffocare cepit. Qu cum de eis
 manibus vix erurus fuisset ipsum refer
 uari iussit se culpabilem clamans qd fe
 sto non derulit. Vn ipsum libere abire
 pmisit. Ottoni primo successit otto s̄s
 hic dum italia pacem sepius violaret
 romam venit et omnibz pceribz magna
 tibus et pontificibus apud gradū ecclesie
 diuini grande fecit. Quibz epulantibus
 latenter omnes angustat armatis. De
 inde d uiolata pace querimonia mouēs
 iubet in scriptis culpabiles reatari quos
 statim ibidem decollari fecit. Alios vero
 epulari satagebat. Huc successit otto
 tertius circa annum dñi .dccc. lxxxiii.
 Iste cognominabatur mirabilia mundi
 hic ut in quadam cronica dicitur quā
 dam uxorem habuit que cuiusdam comi
 ti se pstruere voluit. Sed cum ille nol
 let tantū facinus ppetrare illa indignata
 predictum comitē apud imperatorem adeo
 infamauit qd eum imperator sine audien
 tia decollari fecit. Qui anteq̄ decollaret
 rogauit uxorem suam ut iudicio candē
 tis ferri post mortem eum compleret ino
 centem. Adest dies in quo cesar pupillus
 et uiduus se asserit iudicium facturum af
 fuit et uidua mariti caput secū suis por
 tans in vlnis. Tunc quesuit ab impera
 tore qua morte dignus esset qui iniuste
 aliquem occidisset. Qui cum p̄uacōne
 sapientis dignum eum assereret illa intulit

dicens Tu es ille vir qui maritū meū
 ad suggestione uxoris tue innocenter
 occidi mādasti et ut me verū dicere com
 ptes hoc candentis ferri iudicio p̄babo.
 Qd cesar videns obstupuit et in manu
 ferre p̄uacōnem se dedit. Interuentu
 tñ pontificum et p̄cerū iduacō d̄cē diez
 Demde octo traxo septem . quarto sex
